



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 35. Principes atque Illustres hoc anno fati functi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII  
| A. C. 1741

*rerum naturalium. XI. Historia Eucharistice infantium.*

Sequenti autem anno die vigesima sexta Ianuarii eadem S. Congregatio proscripsit Parlamenti decretum, quo prius inter Episcoporum epistolam de Appellantis Sacramentorum jure privatis suppressit: Clemens vero XII. per speciale Breve die vigesima sexta Januarii confixit P. Petri Courayeri Historiam Concilii Tridentini, & continuationem Novellarum Ecclesiasticarum. Benedictus quoque Papa singulari decreto prohibuit responsum ad Instructionem Bergeri Montpessulani Episcopi.

Anno autem hujus sæculi quinquagesimo primo Benedictus XIV. sexta Decembris ad noxiorum librorum censuram rejecit collectionem consultationum Parisiensium Advocatorum contra Officium Cameracensem. Pontifex idem Pontifex speciali decreto die quinta Junii prohibuit *Tabulam Historiam vitæ Beati Joannis Soanen Sanitiensis Episcopi.*

§. XXXV.

*Principes atque Illustres hoc anno mortis fundi.*

Hic quoque annus multorum Principum obitu sat funestus erat.



quidem inter ceteros extrema gaudii Sæc. XVIII.  
occupabat luctus totius Sardinæ regni; A. C. 1741.  
quippe Elisabetha Theresia Lotharin-  
giæ Ducis Filia, Caroli III. Emanue-  
lis Sardinæ Regis conjux, postquam  
die vigesima secunda Junii ad maxi-  
mam patriæ spem Filium vegetum, ac  
robore præstantem genuerat, die tertia  
Julii ex ardenti febris decessit, nonnisi  
viginti novem annos nata. Sequentis  
vero Mensis die vigesima sexta morta-  
litate exiit Maria Elisabetha, Lucia,  
Theresia Austriæ Archiducissa & Belgii  
Gubernatrix. Erat Leopoldi I. Impe-  
ratoris Filia & Caroli VI. Soror, quæ  
ob singularem suam prudentiam, & ra-  
ram regendi dexteritatem a Belgis im-  
mortalem gloriam in terris, & propter  
vitæ innocentiam, ac virtutum excel-  
lentiam a Deo æternam, ut sperare li-  
cet, mercedem in cælis obtinuit. Obiit  
inchoato ætatis sexagesimo secundo an-  
no. Pari fato die decima septima Ju-  
nii vivere desit Aloysius Pisanus Vene-  
tæ reipublicæ Dux annos natus septua-  
ginta octo cum sex Mensibus. Succes-  
sit eidem Petrus Eques Grimaldus an-  
tea Procurator S. Marci, qui unanimi  
omnium suffragio die trigesima ejus-  
dem Mensis electus fuerat. Hos die  
decima quinta Junii ad æternitatem  
præcesserat Don Raymundus de Espuiy,  
113 vel



Sæc. XVIII  
A. C. 1741.

vel *Du Puy*, supremus Ordinis militaris Equitum S. Joannis Jerosolymitanæ Magister, cujus denunciata morte confestim pro more Melitensis portus inclusus, ac postera die electo Ministrarii Vicario ad vesperam consueta pompa sepulturæ solemniter fuere celebrata. Dein Equitum quibus suffragii jus competit, nomina in scheda descripta palatium Ecclesiæ ad S. Joannem valvis fuerunt affixa, exclusis Equitibus multo tempore alieno gravatis. Tandem vero die decima octava Januarii in præfato Tempore Divina solemniter peracta Donatus Pintelus Lusitanus tum sexaginta annos natus in supremum Ordinis Ministerium renunciatus est. Primum Ministerium aspexerat die vigesima quarta Mense Martii anno Christi Millesimo sexcentesimo octogesimo primo. His merito accensus venit Carolus Ambrosius Mezzobarba, seu Mediobarbus patria Melitensis, Patriarcha Alexandriae, Legatus Apostolicus ad Sinas & Lacedæmoniam Pompejæ Episcopus; quantas verborum calumnias hic Præsul calamitates, contumelias ac molestias a rituum gubernatorum Defensoribus in Sinis patiens sustulisset, jam fusius in prioribus voluminibus relatatum est, & in Moretiæ supplemento tom. III. p. 335. enarratum legitur. Legationis suæ acta



Viani, qui ei a confessionibus & episto- Sæc. XVIII.  
 lis erat, exacte concipit. Obiit ze- A. C. 1741.  
 losissimus hic Præsul Romæ Mense De-

cembri, postquam jam anno 1725. ea,  
 quæ in Sinensi sua Legatione gesserat,  
 in Concilio Romano a Benedicto XIII.  
 fuerant unanimi calculo approbata.

Hoc item anno obiisse creditur Joannes  
 Albertus I. Archambaud Comes de  
 Bucquoy, quo vix alius illo ævo in toto  
 Orbe plura variantis fortunæ fata ma-  
 xime ab ipsiusmet mirabili genio fabri-  
 cata subiit, quæ ipsemet in Historia vi-  
 tæ suæ descripsit, pluraque alia opu-  
 scula Theologica, moralia, Politica &  
 satyrica posteris reliquit. Vivere de-  
 siit ferme nonagenarius Londini die de-  
 cima nona Novembris. Die etiam vi-  
 gesima sexta Junii vivis ereptus est Gui-  
 lielmus Henricus Dux Saxo-Eisenacen-  
 sis ultimus hujus familiæ anno ætatis  
 quinquagesimo. Præter hos morti suc-  
 cubuere nonnulli Ecclesiastica dignitate  
 conspicui, & quidem die decima quarta  
 Junii Deodatus Drion Princeps & Ab-  
 bas Stabulensis ac Malmedyensis Ord.  
 S. Benedicti annos natus septuaginta  
 quatuor, cui successerat die decima  
 quarta Septembris Josephus de Noller.  
 Die autem vigesima prima Maji Jose-  
 phus Martelli Florentiæ in Etruria Ar-  
 chiepiscopus, Mense Februario Mustæus



Sæc. XVIII. Farsetti Archiepiscopus Ravennas. Me-  
 A. C. 1741. se Majo Ludovicus de Salcedo Hispa-  
 lensis Archipræsul, qui Successorem  
 nactus est Regium Principem Ludovi-  
 cum Cardinalem & Archiepiscopus  
 Toletanum.

## §. XXXVI.

*Celebrium Scriptorum Religione Ca-  
 tholicorum obitus & opera.*

Hoc item anno plures eruditione, sci-  
 tisque libris celebratissimi Scripto-  
 res Catholici concessum a Deo vivendi  
 curriculum confecere. Ex his primo  
 loco recensendus venit æterna memo-  
 ria dignissimus P. Bernardus de Mont-  
 faucon Benedictinus ex Congregatio-  
 S. Mauri, nobili genere in Castro Rupa-  
 Scissæ ortus. Jam anno vigesimo ter-  
 mo ætatis suæ solemnibus votorum spe-  
 sione sese Deo totum in Monasterio B.  
 Mariæ Deauratæ die decima tertia  
 an. 1676. dicabat. Is ex primis erudit-  
 quos sapientissimi ejus Superiores Græcè  
 literis auspiciato studio imbui curavit.  
 Ad has vero Bernardus pro insatiabili  
 suo sciendi ardore Hebraici idioma  
 cognitionem, Romanarum antiquita-  
 tum, Græcarumque tam Ecclesiasticarum  
 quam profanarum studium adju-  
 xit. His Theologiæ ac Historiæ sub-  
 dis